

Ingentem Animi Mœrorem

*super obitum*

Pereximii optimæqve spei  
*Adolescentis,*

155

# JOHANNIS JACOBI FADEMRECHTHI.

Mariæburgo Borussi,

Indefessi Artium liberalium in Gymn.

Thorun. Cultoris,

præmætura nimis ac inopina morte,

*tanquam breve naturæ specimen,*

Anno cœl bccXII. d. 27. Aug.

circa nonam vespertinam

*rebus mortalium erepti,*

Ipsò solenni exequiarum die

Calendis sc. Septembr.

*Contestari,*

Suoqve in vivis qvondam Affini, nunc vero post cineres  
criam Amico desideratissimo extreum ac ultimum,

qvod ajunt Amoris officium

*περίλυπον ηγή συμπαθεῖας ἐνεκά*

*exhibere voluit,*

*debuit*

Henricus Reichel Gymn. Coll.

Mariæb. Boruss.



T H O R U N I I ,

Impressit Joh. Nicolai, Nobil. Senat. & Gymn. Typographus.



**H**em! quæ nefandæ mortis atrocitas  
Vitale lumen spe citius rapit  
Industria (non verba fallunt.)  
Egregioque Minervæ Alumno?

Chari Parentis filius unicus  
Dulcisque Matris prob! breve gaudium  
Exspirat immaturus annis,  
Et cedit ut rosa tacta ventis.

PARCÆ severæ, parcere nescia,  
Mortis sub atras ficcine denuo  
Jubetis umbras ire membrum?  
Qvod fuit haud minimum Lycei.

Hoc vos docetis, scilicet omnibus  
Commune vitam ponere lubricam,  
Seu prima sit lanugo malis;  
Seu quoque canitie senescant.

Ast quicquid horum, mors licet imperet  
Æqualis in cunctos, tamen hoc liquet,  
Qvod Christianorum saluti  
Ad minimum nequeat nocere.

Hac quippe noster Spiritus ad Poli  
Ascendit arcem, corpore positō,  
Plenusque Cœli gaudiorum  
Carmina sancta canit TRINUNI.

Certantium nemo tenet aureum  
Pugnæ brabeum, nec caput ullius  
Victrice lauro mox superbit  
Ni cecidit prius hostis ense.

Tum fronte demum Navita non timet  
Vultuque blandō prodere gaudia,  
Cum tutus in portu quietis  
Carbasa dat (mibi crede,) ventis.

Dilecte cunctis, quis tua vocibus  
Amice jam jam gaudia proferet,  
Quies Cœlites inter beatos  
Nunc medius frueris triumphans?

Desi-

Desideratus nunc tibi denique  
Spem præter omnem contigit unio  
Quô clarus emptor, teste CHRISTO,  
Pagina cœu sacra habet, potitur.

Gratamur omnes, sors cecidit tibi  
Optata dudum, lætitiam tuam  
Haud turbat ullus, gestis inter  
Cælicolas sine fine lætus.

Proinde Ludum, pectora qui tenet  
Omnem Parentes vestra relinquit,  
Genasque Numen tergat almum:  
Filius hic placide quiescet.



3937